



**Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,  
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.  
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

**Pichler, Vitus**

**Augustae Vindel., 1733**

Titulus X. De his, qui filios occiderunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63462](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63462)

596 LIB. V. TITULUS X.

Iocorum persecui, & deprehensos capere posint, invocato etiam brachio sacerdotali. Si hujusmodi dimisso habitu vagentur in terris Haereticorum, S. Penitentiaria Romana, cui ad hunc finem offerendae sunt preces, factio verbô cum Pontifice per Rescriptum saepius indulget, ut ad quacumque Religionem, & quandoque etiam ad non clausilem transire valeant, ut nimis allicitur ad redditum ad Ecclesiam. Monacella in Append. p. 1.  
fol. 342. n. 4.

4 Dico 3. Penæ Apostatarum ab Ordine sunt 1. Amissio privilegii Canonis & Fori saltem postquam monitionem. c. 1. b. t. c. 27. de privil. c. 25. & 45. de Sent. Excomm. 2. Excommunicatio ferendæ sententiæ. per c. 3. b. t. & latæ, si attenterent contrahere Matrimonium. Clem. un. de Confus. 3. Infamia, ac istam subsequens irregularitas. 4. Modis omnibus, etiam per durum carcerem, degredi sunt ad reassumendum habitum. c. 5. b. t.

5 Dico 4. Penæ reiterantium baptisma sunt 1. Irregularitas, tam rebaptizantis, quam rebaptizari se permittentis. c. 2. eod. Depositio, si Clericus, excommunicatio ferendæ, si Laicus fuerit per can. 118. d. 4. de Consecr. 3. De Jure Cruci ultimum supplicium, vel exilium &c. l. 2. C. M. Sanct. Baptif. nam nec Anabaptistæ, nec Apostoli à Fide, in Romano Imperio sunt tolerati.

TITULUS X.

*De his, qui filios occiderunt.*

SUMMARIUM.

1. Quid, & quotuplex sit Parricidium.

2. Qua

1. Quæ pœna Parricidarum.
3. Quid, si parentes prolem occidant per culpam.

**P**er 6. deinceps *titulos* agetur de Homicidio  
(vel ejus periculo) hic de gravissimo,  
nempe *Parricidio*, quod est duplex, *pro-  
prie dictum*, si parentes occidunt liberos vel alios  
descendentes, aut liberi parentes aut alios ascen-  
dentes in linea recta: *impropriè dictum*, si con-  
sanguineus alium consanguineum collateralem us-  
que ad 4. gradum occidat, aut affinem saltem li-  
neæ rectæ, aut conjunx conjugem. **E**xcipe, nisi  
quis tam propinquè coniunctum occideret velut  
aggressorem ex necessitate tuendi propriam vi-  
tam, vel tanquam rebellem patriæ. l. 35. ff. de Re-  
lig. & sumpt. fun.

Pœna parricidii de Jure Canonico hodie est ar-  
bitraria, imò, nisi Reus conventus sit persona Ec-  
clesiastica, relinquitur puniendum foro Civili, ut  
DD. passim notent. Si reus foret Clericus parri-  
cidii propriè dicti, degradatus traderetur Curiæ  
Sæculari. De Jure Civili pœna parricidii *propriè  
dicti* fuit olim culeus, h. e. Reus virgis ad sanguinem  
usque cæsus faccio coreacio cum cane, gallo  
gallinaceo, vipera, & simia insutus projiciebatur  
in mare vel flumen. §. 6. *Inst. de publ. Jud.* Sed ho-  
die vi Consuetudinis vel Statutorum in variis locis  
varia mortis pœna, aliter & aliter exasperata, infli-  
gitur, v. g. raptando reos caudæ equi alligatos ad  
locum supplicii. torquendo ignitis forcipibus,  
subjiciendo rotæ &c. *Improbriè dicti* autem est  
gladius, nempe pœna *Legis Cornel. de Sicariis*. §.  
6. *Inst. cit.* quamvis juxta Constitutionem pœna-

598 LIB. V. TITULUS XI.

Iem Caroli V. etiam in hoc precedere debeat, vel  
subsequi, aliqua exasperatio, ac soleat, præsentim  
si conjunx vel cognatus propinquior occidatur, v.  
g. crurifragium, vel injectio cadaveris in Rotum  
D. Frölich in *Nemesi* p. 2. l. 2. tit. 14. n. 1. Eadem  
gladii pœnâ, licet aliam, nempe suffocationem in  
aquis &c. ordinet Constitutio Carolina art. 13.  
& 133. afficitur vi Consuetudinis fœmina, in  
tum vel in utero existentem & jam animatum ani-  
ma rationali, vel jam editum in lucem, occiden-  
ad occultandum delictum, licet pro ratione cir-  
cumstantiarum exasperari soleat. In procurantes  
abortum, præsentim si fœtus jam fuit animatus ani-  
ma rationali, etiam pro foro Canonico grauissi-  
mas sanxit pœnas Sixtus V. in *Const. Ad effra-  
tam*, quas nonnihil moderatus est Gregor. XII  
in *Const. Sedes Apostolica*.

3 Quæres, quid sentiendum de parentibus, q  
non dedita operâ & dolô malô, at non sine culpa  
occidunt prolem, v. g. collocando eam in eodem  
secum lecto, & in somno, vel alias præter inter-  
tionem opprimendo? R. arbitrariè sunt punien-  
di, si satis de culpa constet; nam pœna triennal  
jejunii, de qua loquitur c. fin. b. t. exolevit. De  
in quibusdam diœcesibus, nisi circumstantiae en-  
tent parentes à culpa gravi, incurunt casum Ep.  
cupo reservatum.

TITULUS XI.  
*De Infantibus, & Languidis Ex-  
positis.*

SUMMARIUM.

1. Qui dicantur Infantes, vel Langidi expa-  
2. Pn